

VIRO

ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO,

ATQVE

EXPERIENTISSIMO

DOMINO

D. ANDREAE ELIAE
BVCHNERO

POTENTISSIMO BORVSSIAE REGI A
CONSILIIIS INTIMIS, SACRI ROMANI IMPERII
NOBILI, COMITI PALATINO CAESAREO, ACA-
DEMIAE IMPERIALIS NATVRAE CVRIOSORVM
PRAESIDI, MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NA-
TVRALIS IN ACADEMIA FRIDERICIANA PRO-
FESSORI PVBLICO ORDINARIO, REGIAE BERO-
LINENSIS SOCIETATIS SCIENTIARVM SODALI,
FACVLTATIS MEDICAE DECANO h. t.
SPECTATISSIMO

PATRONO ATQVE FAVTORI SVO,

OMNI, QVA PAR EST, RELIGIONE AC PIETATE
AETERNVM COLENDO

S. P. D.

ERNESTVS ANTONIVS NICOLAI.

Nisi singularis TVAE,
VIR ILLVSTRIS,
humanitatis, quam ad
vnum omnes virtutibus iu-
stum tribuentes pretium in
TE admirantur, TVIQUE
in me fauoris tot tantaque iam
pridem mihi dedisses docu-
menta, hanc, quae leue hoc opu-
sculum SPLENDIDISSI-
MO TVO NOMINI fa-
cratum esse volui, libertatem
vix ac ne vix quidem satis a me
posse excusari facile credidif-
sem. Verum enim vero cum de
propensissima TVA erga me
voluntate satis superque iam
sim persuasus, TEQVE semper
mei studiosissimum et aman-
tissimum cognouerim, vt,
quem TIBI ea in re, non di-
cam, anteferendum, sed com-
pa-

parandum arbitrer, inueniam
omnino neminem, et prae-
terea, quod maximum est, hoc
meum, quod TVIS destinares
praelectionibus, opusculum
dignum reputaueris; mearum
existimaui partium, oblata
hac mihi occasione, qua, an
quicquam mihi gratius atque
exoptatius accidere potuisset,
omni iure dubito, non meam
solum debitam in TE, VIR
SVMME, obseruantiam, sed
gratam etiam TVORVM in
me studiorum memoriam,
non vlllo certe tempore in me
morituram, publice testificari.
Sed haec non sunt sola, quae
mihi dedisti, TVAE erga me
beneuolentiae documenta, sed
tot tantaque sunt, vt ea, non
dicam

dicam, efferre, sed enarrare
tantum nequeam. Qua de re
mirum, TIBI, MAECE-
NAS OMNI PIETATE
COLENDE, videri non
potest, me AMPLISSIMO
TVO NOMINI tenue hoc
consecrasse opusculum, spe-
rantem, fore, vt hoc, quod
TIBI deuotissima offero men-
te, munusculum, mihi defi-
ciente munere SPECTATIS-
SIMO TVO NOMINE
digniori, meque gratia, fauo-
re atque amore TVO non
dedigneris. Si mihi per mi-
rabilem TVAM in tot hono-
ribus verecundiam de laudi-
bus TVIS, magnisque in rem
medicam meritis dicere lice-
ret, amplissimus mihi disse-
rendi

rendi campus esset patefactus,
sed, ne praeconum aut adula-
torum more ea extollere vi-
dear, praestat nihil, quam non
satis dicere, praesertim, cum
iam pridem cultiori hominum
parti sint explorata, neque
adeo mea egeant praedica-
tione vel iactatione. Haec
tamen vt dissimulem, nequa-
quam a me possum impetrare,
TE, VIR ILLVSTRIS,
ad eximium seculi nostri de-
cus non mirifica solum meden-
di dexteritate et scientia, sed
exquisitissima etiam **TVA** in
rebus physicis et medicis eru-
ditione **ILLVSTRE TVVM**
NOMEN ab obliuione vin-
dicasse. Quot hominum in
ipso imminentis mortis peri-
culo

culo, TV, VIR LONGE
EXPERIENTISSIME, ser-
vastī atque ad sanitatem re-
duxisti, quos, nisi TVAE
fuissent commissi curae, orcus
iam pridem abstulisset? Atque
haec minora sunt, si illis bene
comparentur muneribus, qui-
bus nostram illustras acade-
miam. Quod reliquum est,
Numen oro atque obtestor di-
vinum, velit honores, com-
moda, et emolumenta TVA
in dies magis magisque auge-
re, TE diutissime saluum at-
que incolumem in academiae
ornamentum, et bonorum
omnium tutissimum patroci-
nium servare, omnique feli-
citatis genere locupletare. Si
quando denique eueniat, vt
offi-

officiis meis, quantum TE,
FAVOR MAXIMOPE-
RE COLENDE, in oculis
feram, ostendere possim, ne-
mini me, qui id. promptius
animoque alacriore faciat,
concessurum, certo TIBI per-
suadeas velim, me vero vt sum-
mo TVO semper habeas com-
mendatum patrocinio et fa-
vori, vltimum est ac praeci-
puum, quod maximopere TE
rogo. Halae Magdeburgi-
cae, die XI Aprilis MDCCXLVII.



PRAE-